

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Dissertationum Medicarum De Connubio Astrææ Cum
Apolline, Circa Medicinam Forensem**

De Inspectione Cadaveris In genere

**Emmerich, Georg Emmerich, Georg
Regiomonti, 1710**

VD18 1310747X-001

§. XXIV.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8856

§. XXIV.

Sed evenit s^epius, ut Medicus a summis judiciis vel inferioribus ad inspectionem ablegetur, a parte Rei autem, vel Inquisiti aliis Medicus adhuc ad rit^e inspiciendum corpus vulnerati invitetur, quod propitio jure fieri potest, illius enim Autoritati nihil derogatur, cum in re sanguinem humanum concernente omnem respectum & autoritatem leponere debeamus; nec in re t^am ardua nimis cauti ac providi esse queamus, Rei etiam maximè intersit, cum de vitâ ejus agatur, ut inspectio accuratè peragatur, veritasque rei elucescat, ne infons opprimatur. Medici tamen hi in Inspectione amicè consentiant, in Relatione non varient, speciem facti unanimes referant, cum ante oculos ipsorum sit positum cadaver, & t^am diu inspicere possint, donec in descriptione vulneris convenire possint, licet postea in judicio de vulneratione formato dissentire queant, in quo casu a parte peritioris stare, Autores statuunt; Ast cum difficile sit, peritiam unius præ altero dignoscere, plerumque integris collegiis ac Facultatibus Medicis res ad decidendum committitur. In genere tamen chirurgi testimonium balneatoris vel pharmacopoei, vel carnificis interdum testimonio prævalebit, uti Medici attestatum præstabit chirurgi testimonio, cū pro illo major præsumtio sit, quod in arte sit magis versatus & excellat quam chirurgus, qui Medicinæ minister, Medicus autem Director operationum chirurgicarum audiat. Conf. Bohnius in Tract. de Renunc. Vulnerum Lethal. c. 15. Ecquid hoc in passu in Casu nostro contigerit, sequentes referent Disputationes.

§. XXV.

Quæritur Vtò. Quomodo autem Medicus debet esse comparatus, ut rectè Inspiciat & rit^e depónat?

Resp. Peritus sit oportet, id superius multoties audiimus, Peritia hæc in exactâ notitiâ partium corporis humani, deno-

